



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. V. De Voluntate: & de fine ad quem actiones nostras referre
debeamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

lis, iudicijque aliorum: & fi-
as apud te ipsum stultus pro-
pter amorem Dei: sic eris sa-
pientior ipso sapientissimo re-
ge Salomone: implebisque il-
lud cōsiliū Apostoli: Si quis
videtur inter vos sapiens esse
in hoc seculo, stultus fiat vt sit
sapiens. Sapiētia enim huius
mundi, stultitia est apud De-
um.

I. Cor.
3.



C A P. V.

*De Voluntate: deē sine in quem
omnes actiones nostras debe-
mus dirigere.*

Di-

Omnia ad beneplacitum & honorem Dei referenda. Natura nostra p-nicies.

Dilecte fili, si optas vnus cum Deo fieri spiritus, nō sufficit pia promptaque volūtas quodlibet bonum faciēdi: nisi à D E O excitatus atque adiutus, totum quod agis, etiam ad beneplacitum honorēque ipsius retuleris. Qua in re nobis multū certandum est cum Natura nostra, quæ in omnibus actionibus, omissio- nibusque nostris; proprium suum commodum aut complacentiam quærit; præsertim in bonis spiritualibus. In his enim vel maximè seipsam gestit quærere.

Vnde si ei quodpiam bonū,
ad

ad Dei beneplacitum accom-
modatum proponitur; prom-
ptè quidem illud agendum sus-
cipit: at non propterea quòd
placeat Deo; aut ab ipso pro-
ueniat: sed quia nouit utilita-
tes ac commoda, quæ contin-
gant homini facienti volunta-
tem Dei.

Quamobrem vt ex hoc di-
aboli laqueo te extrices, eum-
que deinceps, tanquam per-
niciosum impedimentum in
via perfectionis, sedulò caue-
as: atque paulatim adsuescas
omnia agere aut omittere,
quòd Deus sic iubeat: eaque
sola intentione, facias, vt ipsi
placeas: (Hæc enim duo in o-

*Duo in
omni a-
ctione
spectan-
da.*

C omni-

mnibus cogitationibus, verbis, & actionibus nostris initium, medium & finem obtinere debent:) Idcirco ad ea, quæ tibi iam dicturus sum diligenter attende.

Ante- Si occurrit tibi quidpiam
pus de- faciendum, quod divinæ vo-
liberæ- luntati congruit: non antea
dum voluntatis tuæ consensum ad
quid illud faciendum adhibebis,
facien- quàm Intellectum tuum in De-
dum, um intenderis, indeque mani-
festè cognoscas, esse Dei vo-
luntatem vt illud facias: & esse quoque voluntatem ipsius, vt id facias duntaxat propter ipsius honorem ac beneplacitum. Quodque voluntas
tua.

tua à diuina voluntate eò moueatur, vt istud opus hac intē-
tione & causa sola facias, quòd
ipse Deus sic velit, propter ho-
norem ac gloriam suæ sanctif-
simæ Maieſtatis.

Similiter si quid per volun-
tatem tuam vis omittere aut
repellere tanquam inconue-
niens diuinæ voluntati, non
statues illud apud te donec o-
culum Intellectûs tui (ut mo-
do declaratum est) in Dei vo-
luntatem direxeris. Deinde
obserua te ipsum diligenter ne
decipiaris: quoniam videberis
tibi sæpe hoc, illud ùe agere
aut omittere propter volunta-

C 2 tem

tem ac beneplacitum Dei: cum aliud in te lateat. Natura enim nostra adeò occultè seipsam, in nostris studijs & actionibus quærit: ut quæ putas tibi ob solius Dei amorem placere aut displicere; in iisdem potius tuam utilitatem solùm spectes.

In principio itaque omnium actionum tuarum exclude ac repelle abs te quatenus poteris, omnem intentionē, cui aliquid priuatæ utilitatis admixtum est: nec agere aut omittere quicquam incipias, donec interius in animo tuo cognoscas, solam Dei voluntatem ac beneplacitum te
mo-

mouere & impellere, vt opus istud aggrediaris atque perficias.

Si autem otij ac temporis tantum habere non possis, ut ante vnumquodque opus faciendum, huiusmodi intentionem, causasque mouentes in te excites ac ponderes: cura saltem vt quando per diem dabitur occasio, huiusmodi intentionem in te suscites: scilicet, quòd in omni actione & omissione tua, solius Dei beneplacitum, honoremq; spectare velis ac quærere. In negotijs autem quæ aliquam temporis moram postulant, Intē-

*Inten-
tio cu-
iusmo-
di ha-
benda
in om-
ni acti-
one.*

C 3 tio

tio ista omninò & expressè ante principium eorum debet animo concipi.

Quinetiam in negotijs quæ aliquandiu durant, isthæc intentio à principio vsque ad finem aliquoties iteranda est: ne post initium, alia fortasse intentio in animum tuum tacitè irrepat: vtq; sic effugias occultas fraudes Naturæ tuæ, quæ nimium prona est ad querendum commoda sua: aded, vt tametsi bona, puraque intentione opus cœperis; ipsa tamen in operis medio istam tuam intentionem bonam inuertat, & seipsam: id est, pro
ho-

honore Dei, suam quærat vtilitatem ac honorem.

Omnis ergo Dei seruus, qui in hac difficili pugna non egerit vigilas excubias, sæpe op^o bonum incipiet, cum intentione implendi voluntatem Dei, iuxta ipsius diuinissimæ Maiestatis beneplacitum. Sed postea, priusquã animaduertat, opus istud ipsi tantopere propter seipsum placere incipit; vt voluntatis gloriæ ac honoris Dei prorsus obliuiscatur. Sensim quoque à proprijs oblectationibus, commodis, honoribus (quæ ex isto opere percipit aut expectat) vsque

*Deceptio ca-
uenda.*

aded conturbatur, fascinator, abstrahitur; vt si Deus ipsum aut per infirmitatem, aut per homines, aut modo quocunque alio ab istis priuatis commodis impediatur, protinus vehementer conturbetur, tristetur, inquietus reddatur: valdeque difficulter seipsum reuocare possit, vt redeat ad primam Intentionem suam, faciendi quod Deus iussit pro ipsius solius honore ac gloria.

Quã quid est Intentionem valde sollicitè custodies in omnib.

Intētio actionib. & omissionibus tuis.
quod Vix n. credas quantum roboris,
libet virtutis ac meriti ea afferat.

rat. Nam minima quoque & *opus*
quantumlibet vilia opera, hac *cōmen-*
intentione (vt placeant DEO *dat.*
propter honorē nominis sui)
ab homine facta; plus apud
Deum valent atq; merentur,
quàm maxima quæque opera
sine hac intentione præstira.
Ita iussit Apostolus: Siue ergo *I. Cor.*
manducatis, siue bibitis, aut *IO.*
aliud quid facitis: omnia in
gloriam Dei facite. Et alibi:
Omne quodcunque facitis in *Col. 3.*
verbo aut in opere, omnia in
nomine Domini Iesu Christi:
gratias agentes Deo & Patri
per ipsam. Huiusmodi fuit et-
iam intentio Prophetæ ac Re-

Pf. 72.

C 5 gis

gis David, cum diceret: Quid mihi est in caelo? & à te quid volui super terram.



CAPVT VI.

*De duplici voluntate in homine:
& earum continua inter
se pugna.*

*Volun- S*cire oportet te, dilecte fi-
*tas ra-*li, duas in nobis esse volun-
*tiona-*tates: alteram Rationis, quæ
lis. & rationalis, & superior vo-
*Sensua-*luntas dicta est: alteram Sen-
litas. sualitatis, quæ dicitur sensua-
lis ac inferior voluntas: Item-
que Sensualitas, Appetitus, Con-